COLLECTIO SCRIPTORUM

RERUM

HISTORICO - MONASTICO ECCLESIASTICARUM

VARIORUM RELIGIOSORUM ORDINUM

TOMUS VI.

IN QUO CONTINENTUR

I.) Ordinis *Præmonſtratenſis* Chronicon, in quo Cœnobiorum iſtius inſtituti per orbem chriſtianum origines, viri item ſanctitate ſcriptisque illuſtres fideliter recenſentur. *Aubertus Miraeus* Bruxellenſis, S. Theologiæ Licentiatus, Canonicus & Sigillifer Antverp. ex variis ſcriptoribus contexuit.

II.) Hiſtoria Imperialis Canoniæ *Roggenburgenſis* Sacri, Candidi, & exempti Ordinis Præmonſtratenſis in *Suevia*, ex documentis vetuſtiſſimis & authenticis deducta, atque à primo fundationis ſuæ anno MCXXVI. uſque ad ann. MDCCLIX. fideli calamo continuata à P. Philippo *Bayrhamer*, Ejusdem S. Ord. & Collegii Canonico Capitulari.

III.) Synopſis Chronicæ Provinciæ *Argentinenſis*, deſumpta ex Archivio Argentinenſi *Ord. Min. S. P. Franciſci* Conventualium, ex MS. communicato.

CURANTE

MICHAELE III.

ad Exemptas Inſulas Wengenſes Cann. Regg. Ulmæ Suevorum Prælato, Sacræ Cæſareæ ac Cathol. Majeſtatis Conſiliario ac Sacellano Perpetuo.

PERMISSU SUPERIORUM.

ULMÆ 1768.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Exhibemus ergo TIBI, LECTOR BENEVOLE, Tomum novum eumque *ſextum* Operis illius, quod multis ſeſe olim jam commendauit nominibus. ABBAS ille Reverendiſſimus, cujus ſtudio atque curæ adſiduiſſimæ partes priores debebamus grati, ſextum huncce Tomum, ante IPSIVS ex hac mortalitate diſceſſum, clementiſſime traditum typis adhuc mandandum curavit. Quemadmodum vero nulli dubitamus, hoc opere adprime juvari illuſtrarique rem litterariam non minus, quam monaſtico-eccleſiaſticam; adeoque fore, qui illius continuationem præoptent: ita fidem damus, ſi nonnulla alia, huc illucve deliteſcentia, et exornandæ rei inprimis monaſtico-eccleſiaſticæ inſervientia, benevole nobiscum communicentur, illa nos animo gratiſſimo accepturos, illisque in lucem prodendis promtos nos eſſe paratosque exhibituros. Ita vale, et a nobis, materia uberiore mactatis, plures aliquando Tomos exſpecta.

AUG. LEBR. STETTIN,
Bibliopola Ulm.

* Not. Numeri, in Indice *Parentheſi* incluſi, indicant paginas primi in hoc contenti Scripti.